

1483

C O D I C E S

1484

CCCXCVII.

933 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 304. 4. priore sui parte minutius, altera luculente exaratus I. exhibet *Job. Wiclefi Expositionem in Apocalypsin*, ut relata est *Cod. praeced.* cum eadem alterius manus superscriptione: *Jo. Wiclef in carcere anno 1390. ut ibi. Qua de re mentem meam aperui. Initium: Opus arduum valde Apokalippsim videlicet domini nostri ihesu christi &c. Et finis: finaliter triumphabit.*

II. fol. 135. ἀνεπίργαφος Tractatus in *Capita LXXXV.* tributus de corrupta Sacerdotum vita, cuius initium: *Audite hec sacerdotes et attendite domus israel — Osee 5. Notanter dicit hic propheta sacerdotes esse laqueum factos speculationi &c.* Folio Codici praefixo adscriptum legitur: *Opus arduum super apok. De abominatione.* Quod ne quem in errorem inducat, toto *Codice* non nisi unicum Opus contineri, norit Tractatum nunc memoratum inscribi *de Abominatione* et impressum haberi T. I. *Opp. Hussi* edit. 1715. p. 473. referendum tamen potius videri ad *Job. Wiclefum*, ut *Cod. CCCCVIII.* declaratur. Finit ille in *Codice* praesenti: *Et protestor, quod ista, que sunt hic posita et alia mea dicta et facta humiliter subicio cum omni obedientia filiali sancte Vniuersali ecclesie puta ecclesie Romane et ipsius correctioni et emendationi in omnibus et singulis per me uel factis aut in posterum faciendis &c. Si*

cut deus benedictus in fs. fs. Explicit liber de abominacione. At vero Editores refecandum censuere *ro puta ecclesie Romane*, et *Capita* titulis ornanda nec fat finceris, et odio Pontificis Rom. fortasse praeter Autoris mentem, turgidis, qui si adlata mox Protestatione nugari voluit, aut mentem postmodum mutavit, ad eum pertinet, cui *Servus stat, aut cadit.*

Praetextum est *Codici* Folium continens Versus 19. e *Coelii Sedulii Operis Paschalis* L. II. Sec. XIV. scriptos a v. *Orba super gelidum &c.* usque ad v. *Quem matris dum ventre &c.* quod Fragmentum collatum cum Textu *Sedulii* in *Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 463.* probabiles duas emendationes offert, videlicet: *Qui sancta piacula semper suscipit*, pro *pericula*, et: *Sex quasi lustra gerens*, pro *ἀλογω Sed quasi.* Subtextum vero *Codici* folium exhibet jocosum et familiare *Martini* cuiusdam *Turnoviensis* (Zturnowa) Epistolion ad quendam Magistrum *Gallum* (Hawel) vetere et proba lingua *Bohemica*, solidaque Orthographia sub initium Sec. XV. ut videtur, exaratum, quo cum Amico de recens nata ei prole nugatur, *Wiclefistasque* Puellis metuendos perstringit.

CCCXCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 885 XV. Folior. 151. f. maximam partem per duas columnas scrip-

1485

P O L E M I C I.

1486

tus, rubricisque distinctus, continet: I. *Job. Wiclefi Sermones de Tempore*, sive Dominicis per annum, auspiciando ab Adventu usque ad Dom. XXV. post Pentec. adjunctisque Sermonibus III. de *Dedicatione Ecclesie*. Diversi sunt hi Sermones ab iis, quos *Codd. CCCC. et CCCLXXXVIII.* indicavimus, nec ita mixti, gaudentque Prooemio, quod infit: *Cum Deus undiquaque plenus abhorret vacuum et abominatur in creatura sua rationali ocium &c.* et in quo Autor Homiliarium istud suum in *Partes VI.* distribuit. Sermo Dom. I. Adventus in illud: *Cum appropinquasset iesus ierosolimis et venisset betphage &c. Matth. 21.* incipit: *Constat ex evangelio, quod christus tribus vicibus aduenit humanitus &c.* Neutrum horum initiorum apud *Baleum* legitur, quamvis *Sermones* varios adnotarit. Ad nostrorum calcem habetur: *Expliciunt Evangelia de tempore M. Jo. Vtinam in omnibus catholica, quod quidem non sunt.* Non sane.

II. fol. 134. alia manu: *Incipit moralis exposicio sompni Regis pharaonis.* Autor *Job. Lemovicensis* dicat *Theobaldo* Regi *Navarrae*, ut pluribus *Cod. CCCXII.* dictum est, quem, si vacat, adi. Exemplar praesens illo paullo correctius. Ad calcem Librarius manum suam *Lectori formula Bohemica* excusat.

III. fol. 148. *Iuramentum Alsonis Episcopi Olomucensis factum coram Conrado* (Archiep. Prag.)

in confirmatione sua. Initium: *Ego A. electus Ecclesie O. promitto et iuro, quod ab hac hora et in antea quamdiu vixero, fidelis et obediens ero beato petro, sancteque Apostolice Romane Ecclesie, ac Concilio Constantiensi, et pape futuro, qui Canonice per Concilium eligitur &c.* Hoc igitur actum est Sede vacante ante Electionem *Martini V.* intra *Aprilem 1415.* et *Novembrem 1417.* et quidem contra *Jobannem Ep. Lithomisl.* legitime postulatum a *Capitulo Olomuc.* qui et causam suam in Concilio contra *Alsonem* evicit. Erat *Also*, sive *Alexius* Canonicus *Wissebradiensis* favore *Wenceslai* Regis, *Conradi* Archiep. et Factionis Optimatum *Huffiticae* suffultus, unde mirum, in ejus *Juramento* occurrere Promissa de fideliter tenendis consuetudinibus sanctae Rom. Ecclesiae circa ministrationem Corporis Christi, nullisque circa eam novitatibus faciendis, aut permitendis, de non promovendis ad beneficia, aut sacros Ordines Sectae *Wiclefistarum* suspectis, de Articulis *Wiclefi* et *Huffi* condemnatis non fovendis, nec tolerandis in Dioecesi eorum Doctoribus &c. Ceterum *Formula* iisdem paene verbis concepta est, quae nunc in Episcoporum Promissionibus obtinent. De *Lite Jobannis* et *Alsonis* videri possunt *J. Wratisl. Monse Infulae doctae Moraviae* p. 55.

Finem faciunt fol. 148. p. 2. Excerpta potissimum e *Jure Can. Patrum Loca de Cerimoniis, Purgatorio,*

1487

C O D I C E S

1488

gatorio, Aqua lustrali, Exorcif-
mis, et Imaginibus.

CCCXCIX.

918 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 188. 4. commode,
non tamen ab una manu, per-
scriptus continet: I. *Job. Wiclefi*
Sermones in Evangelia de
Tempore per circulum anni, duc-
to a *Dom. 1. Adventus* initio,
praefixoque Monito, quod inci-
pit: *Cum deus undiquaque plenus*
abborret vacuum &c. Dictionis
primae in illud: *Cum appropin-*
quasset Iesus ierosolimis &c.
Matth. 21. exordium est: *Con-*
stat ex ewangelio, quod christus
tribus vicibus aduenerit humanitus
&c. Dictio ultima de Templi De-
dicatione finitur: *ut in febre etbi-*
ca (hectica) est sua inanitio imper-
cepta. Expliciunt ewangelia de
tempore. Jo. Wy. Vide Cod. an-
teced.

II. fol. 169. *Hic ostenditur*
quo tempore dauid composuit quem-
libet psalmum in psalterio et pro
qua necessitate. Tituli illi Psalmo-
rum, qui Bibliis sub artis incu-
nabula impressis additi reperiun-
tur. Ita: *Beatus vir qui non.*
Istum psalmum fecit dauid quan-
do constitutus fuit Rex in Beth-
leem &c. Sub finem eadem do-
cetur Lector de aliis Canticis bi-
blicis.

III. fol. 171. *De vita et mo-*
ribus phylozophorum veterum trac-
tatus. Poterat addi et *Poetarum.*
Initium: *Multa que ab antiquis*
Auctoribus et diuersis libris de ip-

sorum gestis sparsim reperi in vnum
colligere laboraui &c. Libellus
jam Sec. XV. plus vice simplici
impressus, et in *Italicam, Gal-*
*licam*que linguam immerito tra-
ductus passim *Gualt. Burlejo An-*
glo tribuitur, cuius nomen Codi-
ci quondam *Gudiano* praefixum
video apud *Fabric. Bibl. med.*
Lat. L. II. p. 307. Confer etiam
Tanneri Bibl. Brit. Hib. p. 141.
Exemplum praefens abrumpitur
in *Seneca*, ceterumque editis jam
prolixius, jam concisus est. De
editis dixi in *Memorab. Bibl. Ga-*
rell. P. I. p. 201.

CCCC.

Codex chartaceus lat. Sec. 879
XV. Folior. 253. f. per duas co-
lumnas in Bohemia, ut videtur,
probe scriptus, et rubricis eno-
tatus sequentia *Job. Wiclefi* Ope-
ra continet: *Ista pars vocatur*
pars secunda sermonum, seu, ut
in membrana praevia: *Secunda*
pars wicleff super ewangelia vide-
licet de sanctis. Sermo I. de Na-
tuitate Christi in illud: *Exiit*
edictum a cesare Augusto &c. Luc.
2. orditur: *Continuando sermo-*
nes sanctorum cum sermonibus do-
minicis incipiendum videtur a festo
sancti sanctorum &c. Inde ordi-
ne anni proceditur per *Sermones*
LXI. quorum tamen multi sunt
de Communi, ut vocant, Sanc-
torum, usque ad *Sermones* in
Commemoratione Fidelium De-
functorum. Nulla facile praeter-
mittitur occasio fugillandi Epi-
scopos, Praelatos, Clerum be-
neficiarium,